

Psalmus

LXXXII

Ecce quomodo iustus perijt: et nemo considerat. Perijt
 quatum in ipsis est qui eum perdere voluerunt. Nam
 quomodo ille posset perire moriendo: qui eo modo po-
 tuus quod erat positus requirebat. Porro si isti iuste in-
 crepant: merito arguunt quod tantum scelus fieri dissimu-
 lando siluerunt: quomodo increpandi: aut ne increpandi
 quidem: sed qua severitate damnandi sunt: qui hoc con-
 silio maliciae fecerunt: Veritatem omnibus quod sequitur
 rectissime cognovit. **Nescierunt** et non intellexerunt:
 in tenebris ambulat: Quia et illi si cognovissent
 dominum glorie crucifixissent: Et illi si cognovissent:
 nunquam barrabam liberasset: et christum cruci-
 figendum perdere censerent. Sed quonia supra me-
 morata cecitas ex parte israel facta est: donec plenitu-
 do gentium intraret: per hanc vitiis illius populi cecita-
 tem crucifixo christo: **Adhuc** omnia fun-
 damenta terre. Sic mota sunt et movebunt donec
 que predestinata est gentium plenitudo. Nam et
 in ipsa morte domini terra mota est: et petre scisse sunt. Et
 si intelligamus fundamenta terre terrenorum bonorum co-
 pia felices: recte predictum est quod moverentur: vel admi-
 rando sic amari: sic colli: humilitate: paupertate: mor-
 tem: velut magna fuit ipsorum miseria christi: vel ipsi quod
 huius mundi vana felicitate concepta: illa diligendo atque
 sectando. Ita moventur omnia fundamenta terre: cum partim
 mirantur partim etiam commutantur. Sicut enim non absurde
 dicimus fundamenta caeli: quibus regnum caelorum superedificat
 in sanctis et fidelibus: quos dicit scriptura lapides vi-
 vos: quorum fundamentum est primus ipse christus
 ex virgine: de quo dicit apostolus: Fundamentum aliud
 nemo potest ponere super id quod positum est: quod est christus
 iustus iustus. Deinde ipsi apostoli et prophetae: quorum au-
 ctoritatem locus celestis eligunt: per eos sectando cogi-
 ficemur. Unde dicit ad Ephesios: Jam non estis per-
 grini et inquieti: sed estis ciues sanctorum: et domestici
 dei: superedificari super fundamentum apostolorum et prophetarum
 ipso summo angulari lapide existente christo iesu: in
 quo omnis edificatio compacta crescit in templum sanctum
 in domino. Ita non inconuenienter fundamenta terre in-
 telliguntur: quorum terrenam felicitatem propter atque po-
 tentem homines inuidendo eorum auctoritatem: ad huius
 mundi bona concupiscenda perabuntur: et ad ipsos edifi-
 cant tanquam terra super terram: sicut in illo superno edi-
 ficio caeli super caelum: quod peccatores dicitur esse: Terra es
 et in terra ibis: Et caeli enarrant gloria dei: cum in omnem
 terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eor-
 um. Terrene autem felicitatis regnum superbia est: Contra
 quam venit humilitas christi reprobrans eis quos vult
 ex humilitate filios altissimi facere atque increpans:
Ego dixi dii estis: et filii altissimi om-
 nes. Vos autem sicut homines moriemini: sicut
 vnus ex principibus cadetis. Sive ad filios dixerit:
Ego dixi dii estis et filii altissimi omnes: ad eos vitiis
 quod predestinati sunt in vitam eternam: ad alios vero: Vos
 autem sicut homines moriemini: et sicut vnus
 ex principibus cadetis. Hoc modo etiam de discernens:
 sive omnes simul increpat: vt obediētes corde
 atque discernat: **Ego inquit dixi** dii estis: et filii altis-
 simi omnes: id est omnibus vobis: primum felicitate celestis:
 Vos autem per infirmitate carnis: sic homines moriemini: et
 per relationem animi: sicut vnus ex principibus: id est diabolus
 non extollemini: sed cadetis. Velut si diceret: Cum tam pau-
 ca sint dies vite vestre: vt cito sicut homines moriamini:

non vobis potest ad correctionem: sed tanquam diabolus:
 cum dies in hoc seculo multi sunt: quia carne non morietur:
 extollamini vt cadatis. Per diabolicam quippe superbiam
 factum est: vt christi glorie perferri: et caeteri principes iude-
 orum inuidissent: Per hoc vitium factum est et fir: vt christi
 vitiis ab morte crucifixi humilitas vilescat eis: quod huius
 seculi diligunt excellentiam. Proinde vt hoc vitium sa-
 netur: ex ipso propheta persona dicitur: **Surge** deus
 iudica terram. **Et** inuit enim terra cum te crucifigeret:
 surge a mortuis et iudica terram. Quonia tu **Disper-**
des in omnibus gentibus. Quid nisi terra: hoc
 est eos qui terrena sapiunt: sive ipsum affectum in cre-
 dentibus terrene cupiditatis et electione assumentis:
 sive non credentes terram preterendam dispensandam discer-
 nens: Sic per membra sua quorum conuersatio in caelis est
 iudicat terram et disperdet in omnibus gentibus. Non
 pretereundum est quod nonnulli codices habent: Quonia tu
 hereditabis in omnibus gentibus: quod hoc non incon-
 uententer accipitur: neque vt simul vitiis sit quicquam re-
 pugnat. Fit ergo hereditas eius per caritatem: quam
 suis preceptis et gratia misericorditer extolledo: terre-
 nam disperdit cupiditate.

Explicit Tractatus de ps. LXXXI.

Incipit Tractatus de ps. LXXXII.

Salmi titulus huius est: **Antiphona** psalmi

Psalmus alaph. Jam sepe diximus quid interpretetur

alaph: id est congregacione. Quomo ergo ille

qui vocatur alaph in figura congregacionis pluri dei:

in multorum psalmodum titulus ponitur. Hec autem congregacio

synagoga dicitur: quod velut proprium nomen iudeo-

rum populus retinuit: vt synagoga appelletur: sicut popu-

lus christianus visitatus vocatur ecclesia: cum ipse vitiis

congregetur. Populus itaque dei in isto psalmo dicitur:

Expositio psalmi.

Deus quis similis erit tibi: Quod ego ar-

bitro accommodatus accipi in christo: quia

in similitudine hominum factus: putatus est

ab eis a quibus? est ceteris hominibus? compan-

ditus: Nam et in iniquos reputatus est: ad hoc vt iudi-

caret. Cum autem veniet iudicaturus: tunc fiet quod hic dicitur:

Deus quis similis erit tibi. Si enim psalmi non solent

loqui ad dominum christum: non diceret etiam illud quod

ipsi dicitur esse nullus potest dubitare fidelium: **Thoro**

nus tuus deus in seculo seculi: virga directiois vir-

ga regni tui: **Dilexisti** iustitiam et odisti iniquitatem: pro-

pterea venit te deus tuus oleo exultationis pre-

paratibus tuis. Hinc ergo et nunc dicitur: **Deus** quis

similis erit tibi: **Dulcis** enim similis in humilitate esse

voluisti: vitiis adeo vt et latronibus quod tecum sunt crucifiri.

Sed in claritate cum venies: quis similis erit tibi: Quid enim

magnum dicit cum deo dicitur: quis similis erit tibi: nisi illi di-

cat: qui similis esse i hominibus? voluit: formam serui accipiens

in similitudine hominum factus? et habitu inueniens vt homo: **Et**

ideo non ait: **Quis** similis erit tibi: quod vitiis recte diceret: si

hoc ad diuinitatem referret. Quia vero ad formam serui

relatus est: tunc est a ceteris hominibus? dissimilitudo appare-

bit: quoniam apparebit in gloria. Ideo sequitur: **Ne** taceas

neque concupiscaris deus. Quia primo tacuit vt iudic-

caret: quoniam sicut agnus coram tondente se fuit sine voce: **Esa. 53.**

sic non aperuit os suum: et sua compescuit potestatem.

Quia vt se concupiscere ostenderet: ad illam eius vocem qua

dixit: **Ego** sum: hi qui eum apprehendendum quere-

bant: redierunt retro et ceciderunt. Quando ergo tueret

AR. hereditas, bis.

¶

Luce. 22.

Thoro. Ps. 44.

Luce. 22.

Ps. 111. 2.

Esa. 53.

Job. 18.